

exoritur satis difficilis quæstio; quo pacto dicat Deus, quod erunt afflicti, & in servitute in terra non sua quadringentis annis, cum constet, quod Hebræi paulo post ducentis & quindecim annis in Ægypto promorati fuerint ut notant Carthuf. Pererius, & alij. Imò ait Pererius, quod in servitute fuerint ferè centum, & triginta annis. Quomodo ergo dicentur quadringenti? ita sanè futurum erat, sed Deus Hebræorum afflictione, clamorèque commotus, eos à servitute liberare citius decrevit, quàm aliàs ab illa eximerentur, nisi eorum clamores intervenissent. D. Chrysof. homil. 37. in Genes. *Cum Deus sit misericors, inquit, & imbecillitati nostræ respondentes faciat pœnas, quia vidit eos in labore pressos, & Ægyptiis magnam in eos crudelitatem exercere; ante definitum tempus ad libertatem eos reduxit.* Si Deus ob Sanctorum clamores citius liberat, quid erit dicendum de orationibus Virginis?

Carthuf. Perer.

Deus suorum orationibus, ac aff. Bionibus maximè commoveatur. Chrysof.

Ioannis 2. num. 5. Dicit mater ejus ministris: quodcumque dixerit vobis, facite.

VERSIONES.

Euthymius. Quidquid dixerit vobis, facite.  
D. Bernard. Do. Quæcumque præceperit vobis, servate, & facite. *post Epiph.*

EXPOSITIO.

84.



UAMVIS Christus Dominus durè responderit matri, quid mihi, & tibi Virgo tamen voluntatis ejus conscia, ut ait Rupert. lib. 3. in Joannem dicit ministris; non sponso sedenti, ac convivanti, ut præciperet, sed dixit ministris sedulè servientibus; nam hi tantum merentur audire Dei verba. Et Maria, cum sit idem ac illuminatrix, ut ait Albert. Magn. dicit Ministris: *Ministros autem, inquit D. Gaudent, tract. 2. non illos secundum rei gestum solos accipio, qui tunc in illo nuptiarum convivio ministrabant: sed juxta spiritualis rei commutationem, primò ministros novi Testamenti intelligo esse Apostolos, deinde Apostolicoi Sacerdotes, ut quidquid præceperit eis Dominus Jesus obsequio prompto perficiant.*

Rupert. Quis serviant, verba Dei audiunt.

Alb. Magn. Maria illuminatrix. D. Gaudent.

85. Alb. Magn.

Fides non deficit in ad- versitate.

Beda.

Quodcumque dixerit vobis, facite. O verbum abbreviatum omni mysterio, ac doctrina plenum! Albert. Magn. *super Missus est, cap. 117. ait, Doctrina prudentum facilior est (ut ait Salomon Proverb. 14.) sed Beatissima Virgo brevissimè & dulcissimè omnia predicabilia uno verbo predicavit, quando dixit in nuptiis: quodcumque dixerit vobis, facite.* Prædicavit, & docuit Virgo eximiam fidem; nam quamvis audiret à filio durè: quid mihi, & tibi; tamen non hæsitavit; perfecta enim fides non deficit qualibet adversitate. Docuit spem, nam quamvis audiret à filio verba, quæ videbantur repulsam sonare, imò, ut ait Beda, poterat Virgo putare, Christum recusasse ejus preces: tamen speravit in spe contra spem, multum confidens de misericordia filij. Docuit charitatem in Deum, dum procuravit, ut ejus gloria

miraculo manifestaretur. Docuit obedientiam, dum suadet ministris obedire Deo, non in hoc, vel illo, sed in omnibus indiscriminatim: *Quod dicitur ad i. cuncte dixerit. Docuit modestiam, dum non se gloriat, matrem esse tanti filij; non enim ait: Quodcumque dixerit filius meus, sed per tertiam personam loquitur. Docuit reverentiam in Deum, non ait: Quodcumque dixerit Jesus, nunquam lego Virginem hoc sanctissimum nomen pronunciasse, ob illius magnam reverentiam. Docuit promptitudinem in Deum; non enim exhortatur eos ut audiant, quæcumque dixerit, sed ut faciant. Docuit prudentiam cum misericordia. Dixit ministris, ut facerent quodcumque dixerit, ne cum audirent jussionem Christi de implendis hydris, insaniam putarent. Magna, & prudens misericordia sit prævenit, ne alius homo in malum incidat.*

Prudens misericordia aliorum lapsum evitat.

QUÆSTIO XXI.

Quare Virgo hic loquitur, & non legitur amplius in Evangelio eructasse verbum?

Respondeo primò. Sanctissima Virgo pro hominibus hic ad filium verba misericordie protulit; nec amplius in sacro Evangelio aliquid locuta legitur, ut denotetur perpetuum orare. ejus munus esse pro nobis ad filium intercedere, omnèque humano generi bonum sollicitate. Secundò. Virgo, dum hic vinum procurabat, salutarum Christi sanguinis calicem appetebat, ut ex S. Irenæo. D. Augustino, D. Maximo dixi 9. 8. n. 74. Et ubi de tanto mysterio eructavit, ejus nullam aliud commemoratur. In tanti operis consideratione voces omnes desistant, nullaque alia dicendi materia superest. Venit Regina Saba in Jerusalem 3. Reg. 10. num. 4. *Et videns sapientiam Salomonis, & doctum, quam edificaverat, & cibos mensæ ejus, & tabernaculo servorum, & ordines ministrantium, & 3. Reg. 10. holocausta, que offerebat in domo Domini, non habebat ultra spiritum.* Quæ ultima verba explicat gloss. Ita admirata est, ut non haberet ultra animum ad videndum, intelligendum, ac loquendum de ejus rebus. Sed cur in tantam admirationem non rapitur, dum videt magnitudinem auri, quæ erat in regno Salomonis, de qua dicitur, quod erat sicut arena maris; dum videt templum, domos, opulentiam regni; imò dum audit verba Regis; sed tantum dum videt holocausta? Quia hæc sacram Eucharistiam adumbrabant: & ubi in tanti mysterii considerationem devenit, statim stupore circumfusa est, ita ut non haberet ultra spiritum. Nam, ut ait Tertullian. lib. de Baptismo, cap. 1. *Qualia decet esse opera divina, nisi supra omnem admirationem, &c. Quid erit de opere Eucharistico, in quo Christus sit alimentum nostrum. Unde inquit D. Chrysof. hom. 60. ad Populum: Quod sermo Christi. Hoc est corpus meum, superat sensum, & rationem nostram.*

Gloss.

Tertull.

QUÆSTIO XXII.

Unde novit Virgo, Christum aliquid imperatorum ministris ad miraculum operandum?

87.

Chrysof. Cyrill. Euthym. Theoph. Bernard. Beda.

Quamvis Christus Dominus durè responderit Matri: Quid mihi, & tibi? tamen ipsa spem non perdidit, sed firmissimè credidit, miraculum esse faciendum, ut expressè docent D. Chrysofostomus, D. Cyrillus, Euthymius, Theophylactus hic, & D. Bernardus sermone 1. in Domin. 1. post Epiph. Unde minus probabile est dictum Bedæ, quod Virgo putaverit, Christum recusasse facere miraculum. Tota difficultas est, unde virgo cognoverit, Christum ad miraculum patrandum ministris usurum: nam poterat miraculum facere, vel in ipsis hydris vacuis, vel, in poculis in mensa, vel in alio vase, vel aliunde aliud adducere sine alicujus interventione.

88.

Chrysof. Euthym. Theophyl. Nemo ad speculaculo se ingerat.

Quod Maria denegatur, oratio imperatorum.

89.

Maxim.

Ecce Dei verba rigorem ostendant, tamen opus est cum misericordia.

90.

Castian. Deus suos eclipsari non sinit.

Responder primò D. Justinus in responsione ad quæstionem 136. explicans rem, Christum dixisse Matri abundantia amoris: *Si vis, ne eis vinum deficiat, dic ministris, ut ea, que jubeo faciant.* Ad hæc verba textui apponere videtur valde durum, nam si à Christo essent prolata, sine dubio Evangelista narraisset. Secundò D. Chrysofostomus homil. 20. Euthymius, Theophylactus in ea sunt sententia, quod Virgo ministros ad Christum adduxerit, ac quod omnes simul pro miraculo sunt deprecari: nam, ut ait Euthymius, *Virgo intellexit Christi rationem: quodque non impotentia excusatio erat, sed ne videretur sese miraculis ingerere & spectaculo exponere.* Et ita omnes tunc cum sunt deprecari, & tunc Mater dicit ministris: *Quodcumque dixerit vobis, &c.* Quod enim Christus dilectissimæ Matri denegat, ipsa orationis potentia nixa obtinere, adhuc sperat. Et ratio, quamvis moraliter optima sit, mihi tamen literalis non videtur; primò, quia si hujusmodi deprecatio interveniret, Evangelista eam commemorasset. Secundò, quia nullum in littera fundamentum habet. Tertio, quia si hujusmodi deprecatio daretur, esset cum aliquali invitantium ex defectu vini verecundia; Christus autem, ut docent Patres, ad vitandam suorum verecundiam, ad nuptias venit.

Tertio D. Maximus homil. 1. de Epiphan. ait: *Sciebat profecto Mater sancta, objurcationem illam Domini filique sui non irascens offensam prætere, sed misericordie portare mysterium.* Virgo ex clementia filij sui miraculum faciendum agnovit. Multum Deus ab homine discrepat: nam etsi divina verba, *Quid mihi, & tibi, rigorem præterderint; à Deo tamen opus semper venit misericordia, & benignitate plenum.* At in homine verba blanda, affabiliæque invenies; opus verò austerum severità, rigorèque armatum.

Quartò Simon Cassianus lib. 5. cap. 1. *Noverat ipsa, ait, voluntatem filij sui Salvatoris; & qui non pateretur dilectorum suorum eclipsari, qui venerat pro omnibus eclipsari, proinde instruit, & informat, &c.* Cum enim Christus Dominus Deus esset omnipotens, suòque intimo amore dilige-

ret, ab ejus clementia alienum, in suis aliquem defectum, penuriamque permittere, quin subveniret. Hæc autem ratio, sicut & tertia D. Max. quamvis mysticè optimè procedant non sunt tamen in littera; Virgo enim licet ex benignitate Christi miraculum futurum agnosceret, non inde tamen determinatè consequi poterat, ut ministrantium interveniente perpetrandum, ut diceret ministris, Quodcumque dixerit, &c. Ideo altiore requirit indaginem.

Quinta & vera intelligentia est, quod B. Virgo sancti Spiritus illustratione inspirata cognovit miraculum futurum, & qualiter, ac quomodo faciendum. S. Gaudentius tractat. 2. *Carcerum*. D. Gaudentius inquit, *nunquam mandaret ministris: Quodcumque dixerit vobis facite, nisi Spiritu sancto possetur. Partum divinum plena, non solum responsionis Christi virtutem cognovisset, verum etiam faciendi ab eo tunc ex aqua vini universum ordinem prævidisset. Quid enim laveret sapientia matrem, capax Dei, ademque tanta virtus? Haymon in explicatione istius Evangelij inquit, *Virginem spiritu prophetico novisse miraculum.* Et ita intelligo Eusebium Emisenum in Dominic. 2. post Epiph. dum de Christo, & Matre ait: *Ipsi se intelligebant, ipsi sua secreta novebant: Ipsi quid tunc fieri oportebat, & quid postea futurum sciebant.* Nec Virgo cordis Christi secreta, quæ alto instinctu Spiritus sancti regebantur scire poterat, nisi ex peculiari ejus illuminatione.*

91.

Euseb.

92.

Permanet Maria omni bonum nobis communitur.

Imò dico, quod Virgo ab ipso Spiritu sancto non solum de miraculo fuit edocta, verum etiam illuminata, ut diceret ministris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* Nam cum hoc esset primum Christi Domini signum, atque miraculum, interveniente Maria id facere decrevit, ut denotetur, quod omne ad nos bonum per manus ejus descendit. *Mecum sunt divitiæ, & gloria;* Proverb. 8. num. 18. Symmach. legit: *A me sunt divitiæ & gloria.* Locus communiter intelligitur de B. Symmach. Virgine, ab illa enim est omnis affluentia spiritualis, & temporalis donorum. Petrus Damianus sermone de Annuntiatione: *Per ipsam, ait, & Damiani, cum ipsa & in ipsa totum hoc faciendum decrevit, us sicut sine ipso nihil factum est, ita sine ipsa nihil reseratum est.*

Ioannis 2. n. 6. Erant ibi lapideæ hydræ sex postæ secundum purificationem Judæorum, capientes singulæ metretas binas, vel ternas.

VERSIONES.

Textus Græcus. Erant ibi sex vasa aquaria, &c.

Theod. Græcus. Erant ibi sex amphoræ inc. 14. Damelis.

Syriacus. Quæ postæ fuerant ad purgationem Judæorum.

Theophylactus. Metretas binas, ac ternas; Metretas duas, vel tres.

mensura, vel, modus est: profluens largior. Spiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus claustris intra metarum certa spatia frenatur, manat igitur, & exuberat affluenter.

Ioannis 2. num. 7. Dicit eis Iesus: implete hydrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum.

VERSIONES.

Syriacus. Implete has hydrias aqua. S. Gaudentius Vocatis ministris dixit tract. 2. eis Iesus: Implete hydrias istas.

EXPOSITIO.

103. Virginitatis oratio semper exaudivit.

NUM hic supponit Evangelista, & duo explicat. Supponit, Virginis orationem exauditam; Christus namque ob eam vinum miraculose produxit. Tamen hoc non explicat Evangelista, quia nihil magis consuetum, & frequens, quam Virginis preces esse exauditas, eisque Christum annuere. Exprimuntur autem Christi mandatum, & ministrantium obedientia. Christi imperium: Implete hydrias aqua. Cum convivium magna ex parte esset absolutum, erant vasa ob frequentem Judaeorum purificationem evacuata: jubet Christus, ut impleantur aqua; nam cum haec sic nostri Baptismatis materia, ideo, ut ait Tertullianus lib. de Baptismo, cap. 9. Prima rudimenta potestatis sua aqua auspiciat Christus. Cum vero ministri a B. Virgine essent instructi: Impleverunt eas usque ad summum. Et ut verè obediens, nec querunt, nec serotantur, cur id fieret, cum alias aqua inutilis videretur. Et licet Christus, implete usque ad summum, non præciperet, tamen vera obedientia omnia cumulate præstat.

Tertull.

Amateria Baptismi incipit Christus.

Vera obedientia omnia cum usque præstat.

QUESTIO XXVII.

Quare Christus Dominus vinum ex nihilo non creavit?

104.

VALDE notatu dignum, quod nec vinum nec panes, nec pisces Christus creaverit, cum ad hoc haberet potestatem; sed pisces, & panes ad saturandos quinque hominum millia de superexistentibus multiplicavit: ita vinum hic produxit, non ex nihilo, sed ex aqua, quæ in hydriis erat. Respondent primò Chrysostr. homil. 21. Theophylactus, D. Thomas. Ex nihilo aliquid facere, majus, & mirabilius est, quam facere ex subiecta materia: non ita tamen evidens, & credibile multis! nam existimare poterant, si vinum ex nihilo factum fuisset, quid phantasticum esse, ut ait Albertus Magnus; vel aliqua arte aliunde asportatum. Cum autem illam ipsam aquam, quam suis oculis viderant, & manibus asportaverant, in vinum

Chrysostr. Theophyl. S. Thom.

Albert. Mag.

repererunt convertam, miraculum nulli est expositum calumniae, nec aliquis inficiari potuit. Secundo. D. Irenæus lib. 3. cap. 11. D. Bonaventura. Ut se omnium creaturarum Dominum manifestaret, qui unam in aliam transmutabat pro sua voluntate, & ita fieret evidens, quomodo omnia sint ei subiecta. Unde inquit D. Chrysostr. D. Thomas Non ex nihilo fecit, sed ex creaturis ad confutanda diversa dogmata. Nam Marcionitæ, & Manichæi dixerunt, alium esse conditorem mundi, quam Deum. Et idem Dominus ex substantiis creatis plura miracula fecit, ut ostendat, ipsas substantias esse bonas, & à Deo creatas. Tertio Albertus Magnus, Non ex nihilo fecit, ut pote convenientius divinae operationi, qui non spernans est materiam, quam creavit: mutavit de duobus qualitatibus contrariis, quæ sunt frigidum, & humidum, in calidum, & siccum. Excellentia Principis, ac Domini est, ut rem, quæ fecit non contemnat, sed semper ad meliora producat.

Irenæus, Bonavent.

Chrysostr. D. Thom.

Albert. Mag.

Reverent. ad alitera promovet.

105. D. Thom.

Haymon, Scriptura adimpleta.

106.

Facillioribus mediis utendum.

Rupert.

Majoribus aliquis excellentia gradus reservandi.

Origen. Eathym.

QUESTIO XXVIII.

Quare vinum ex aqua potius, quam ex alia re fecit.

107.

COMMUNIS ratio litteralis est: quia inter aquam, & vinum est magna similitudo, & dissimilitudo. Similitudo, quia uterque humor liquidus, & communis potus; dissimilitudo verò, quia contrarias habent qualitates, ut notavi superiori quaestione ex Alberto Magho. Propter similitudinem miraculum valde credibile; propter dissimilitudinem verò valde mirabile. Alias rationes morales ex sanctis Patribus adducamus.

Albert. Mag.

108. Maximus.

Unum beneficium pignus ad aliud.

Maxim.

Antiquus in equo tubiliandus.

109. Ambros.

Per obedientiam homo creatus in Spiritu sancti donis.

Ambros.

Primò Divus Maximus homil. 6. de Baptismo; D. Ambrosius ait, potentiam suam manifestans, aquas inquit, vertit in vinum, quas sanctificavit in Baptismo, nobilitavit in nuptiis. Christus in Baptismo corporis sui tactu aquas sublimavit, nunc in nuptiis ad majora provexit, dum in sui sanguinis figuram in vinum eas vertit; unum enim Domini beneficium ad majora est veluti pignus. Secundò idem Divus Maximus homilia 1. de Epiphania. Tam grande miraculum, inquit, inter parva circumstantiis silentia sola tantum voluntas Domini tacentis efficit; nec dubitandum chrysostr. quia ipse aquas traduxit in vinum, qui eas ab initio convertit in nives, duravit in glacem; Ægyptiis vertit in sanguinem, & Hebræis siccitibus manare arida de rupe præcepit, quæ innumera multitudine populorum stultitiam novi fontis vice maternorum uberum nutrebat. Inter omnia elementa aqua maximè obsequium præstitit Deo in beneficium populi sui: nam in Ægypto pro ejus egressione convertitur in sanguinem; obdurat in glacem; atque grandinem; in deserto è rupe profluit; ad ingressum terræ dividitur Jordanis; & tandem perpetuo rote fecundat terram; quæ igitur per tot ac tam antiqua tempora servierat, magna fuit transmutatione nobilitanda, admirabilique rerum figuræ extollenda.

Tertio Divus Ambrosius sermone 13. alias 2. de Epiphania. Cum ex vili aqua, ait, optimi saporis vini voluit gustare convivas, hoc signo totum utique resurrectionis mysterium continetur. Aqua enim utilis, pallens, & frigida in vinum versa, sicut licet pretiosum, rubrum, vel ignitum, hoc signum sicut hominis substantiam, conditione vilem, imbecillitate pallentem, morte frigeniem, in resurrectionis gloriam colorata, Spiritu immortalitatis ignitur.

Aqua naturam humanam significat, & in ea primum Christus operatur miraculum, ut denotetur; quod dum homo Christi mandatis obedit, statim transmutatur in generosum æternitatis vinum sancti Spiritus calore ignitum. Quarto idem D. Ambrosius sermone 4. de Epiphania. Ministri inquit, haurimus aquam de puteis, vinum in hydriis; invenimus; atque ut liore dispendio perdunt, quod imperebant. Ministri ad Dei iustum hydrias ex obiecta humilique materia implent, & tamen pretiosam substantiam inveniant; minima atque parva, in Dei obsequium data, in magna crescunt, & amplissima. Quinto Berengolius Abbas lib. 1. de Inventione & laud. b. S. Crucis, cap. 16. agens de hac aqua in vinum conversione in Evangelio Tom. 1.

sione, tandem concludit: Sicut habemus ex traditione fidelium, in convivio nuptiarum aqua in vinum, lex in Evangelium mutabatur; ut & nos in aliam imaginem ita transformemur ab Omnipotentie, ut sicut quando in corpore, ita nunc in mente. In hoc Christi signorum initio nostra adumbratur conversio, nam homo Christi dicitis obediens, sicut hæc aqua antiquam frigiditatem, atque naturam relinquere debet; & in aliam sancti Spiritus igne inflammata transmutari.

Berengol.

In conversione relinquitur.

110.

Sextò Eusebius Emisenus homil. 5. de Pascha; Emisenus. Quando ait, nuptiali tempore, id est, quando sponsus Ecclesie sue Paschali exultatione jungendus aqua in vinum convertit, manifestè præfigurabat multitudinem Gentium de sanguinis sui gratia esse venurus. Per aquas enim populos significari, sacris Apoc. 17. aperitur eloquiis, sicut legitur: A, hæc ista quas vidisti, populi sunt, & Gentes & lingue. Apoc. 17. v. 15: In vino autem sanguinem Domini Passi nris ostendi. Et latè prosequitur. In hoc convivio nuptiali designabantur nuptiæ inter Christum; & Ecclesiam solemnizatæ, in quibus Gentes, in aquis figuratæ, in vinum, nempe in sanguinem Christi cum quo uniantur, transmutantur & fit unum corpus mysticum; ac ideo ait ipse Eusebius: In Sacramento altaris vino aqua miscetur, quia Christo fidelis populus incorporatur; & insur. Paschas. gitur. In hanc sententiam eleganter ait Paschasius lib. de Eucharistia cap. 11. Bene in hoc mysterio nostri signa per aquam admittitur, ut unusquisque in illo Christi sanguine susceptum se intelligat, & in velius transmutatum.

Populus fidei cum Christo.

Euseb.

Paschas.

111.

Septimò, D. Gregor. homil. 6. in Ezech. sic ait, Qui mutare aquam in vinum potuit, etiam vacuas hydrias valis vino statim imple, sed implete hydrias aqua; jubet; quia prius per sacra lecti omni historiæ corda nostra replenda sunt, & aquam nobis in vinum vertit. Utilissima est lectio Scripturæ sacre, quæ per aquam significatur Sapient. 15. n. Sap. 15. 3. Aqua sapientia salutari potabit illum. Dum cor nostrum veritate impletur Scripturæ sacre, statim mens nostra imbuitur, vinoque Spiritus sancti inebriatur, ac in cælestium mysteriorum contemplationem rapitur.

Gregor.

Lectio Scripturæ implet cor.

Octavò Divus Augustinus de civ. 9. per aquam inspidam, & frigidam, intelligit legem veterem, quam veniens Christus in suavitissimum, saporiferumque vinum Evangelicum mutavit. Nondè Paschasius cit. ca. 11. per aquas significari, ait, ignorantiam ac insipientiam nostram, quam Christus in salutiferam doctrinam cum vera iudicantia mutavit. Et ita loquitur ille: Quis sapientiam aquas Dominus iactico commutasse legitur, ut in sapientia nostra evanescat, vinum iudicantis in nobis exuberet.

112. August.

Christus ignorantiam nostram in iudicantiam mutavit.

113.

Decimò, D. Bernardus serm. 2. de nuptiis, considerat Christi verba, Implete hydrias aqua, Per aquam timorem intelligit, per vinum charitatem; quia multoties dum nostrum timorem acerbique iudicii, ac poenarum concutitur, mens igne charitatis inflatur. Ait ille: Incutite metum, & spiritum timoris, quam corda replete, quæ tempore veniant, incutiendi sunt & ipsi: A timore tuo commus spiritum san. Undecimò, D. Bernardus sic ait: Pri-

Hon.